

2

PRAELECTIONES

SEMESTRES,

IN

CAESAREA UNIVERSITATE
LITTERARIA,

QUAE DORPATI CONSTITUTA EST,

A D. II. AUG. ANNI c1o10cccxx.

HABENDAE

INDICUNTUR

A

RECTORE ET SENATU ACADEMICO.

INEST

RECENSIO NUMORUM IMPERATORIORUM AENEORUM A IULIO
CAESARE USQUE AD DOMITIANUM,

QUI IN MUSEO ACADEMICO SERVANTUR.

DORPATI,

EX OFFICINA ACADEMICA J. C. SCHÜNMANNI.

2

COMMILITONIBVS HVMANISSIMIS

S. P. D.

CAROLVS MORGENSTERNIVS.

Isagogen in doctrinam numorum veterum ex Museo academico illustrandam anno praeterito primum in hac Universitate litteraria offerens, pluribus Vestrum, Commilitones, quam exspectaram, rem neque inutilem neque iniucundam visam esse, ex frequentia auditorum contigit intelligere. Nunc igitur, quum nuper et enumerationem numorum familiarum Romanarum et recensionem numorum veterum Graecorum argenteorum, qui in Museo academico asservantur, in huiusmodi prolusionibus dederim, non ingratum Vobis fore spero, si ex moneta Romana recensere incipiam numos imperatorios aeneos, quos in illis lectionibus oculis usurpare manibusque tractare Vobis licuit, argenteorum atque unius et alterius aurei alio tempore descriptionem daturus. Ad omne autem hoc monetae genus Vobis commendandum ECKHELII verba sufficient, quibus Vir de hoc studiorum genere immortaliter meritis praefationem volumini sexto Doctrinae numorum veterum praemissam exorditur. „Rem monetariam“, inquit, „imperii Romani explicare aggredior, quo nullum hactenus orbis vidit augustius, nullum famae magis porrectae, et quadam nominis superstitione magis consecratum. Tamen amplissimum istud meritum parum ad institutum meum pertineret, nisi, quantum vetera imperia excessit potentia et maiestate, tantum etiam monetae superstitis et copia et praestantia et varietate anteiret. Monetae consularis tametsi incredibilis numerus ad nostram usque aetatem duravit, tamen parum

illo satisfactum nobis putamus. Principio solum aes ad incudem vocatum, argenti usu non nisi sero invento, auri fere ignoto, nulla tum adhuc in utroque metallo typorum varietate, donec praefectorum monetae vanitas et iactandi generis libido veteris simplicitatis fastidium levavit. Sed neque sic impetravere, ut non alia desideraremus posteri. Gracius enim nobis accidisset, prae factis antiquis, iisque plerumque fabulosis, videre in moneta publice imperata res gestas eo tempore, quo signata ipsa fuit, et aliquam saltem fuisse adstitutam notam chronologicam, quae numi percussi aetatem, si non certam definitamque, at saltem vicinam edoceret. Alia sub imperatoribus monetae facies. Praeter promiscuum triplicis metalli usum habita etiam ratio praesentis fortunae, rei domi forisque insigniter gestae, officiorum principis in populum, et vicissim, et quaecunque in amplo imperio ad memoriam digne geri consuevere. Qua illa laude praecedentium regnorum, etsi clarissimorum, monetam longe superat, quae vix ullo ad historiam subsidio eodem fere tantum argumento occupatur, sic ut conspecto uno eiusdem regis numo te eius omnes vidisse possis arbitrari. Confer numos Philippi II., Alexandri M., Ptolemaeorum, Lysimachi, aliorumque. Aetatem vero numorum, etsi non semper ipsum annum tenemus, sic tamen habemus definitam, ut certi esse possimus, eorum natales coercendos intra tempus, quo is imperio praefuit, cuius in iis imago exhibetur. Sed et istud animo, qui veteris aevi recordatione suaviter afficitur, non vulgarem debet afferre voluptatem, quod haec principum Romanorum series inde a Iulio Caesare usque ad postremum Constantinum per saecula omnino XV. porrigitur, et singulorum offert imagines, et ipsa oculis fidele incorruptumque testimonium obicit maximi olim per orbem imperii paullatim mole sua laborantis deficientisque, ac denique in extremam barbariem artisque veteris oblivionem prolapsi.“ Silendum vero ne hoc quidem loco, quod vere idem rei veteris numariae praeclarus magister monet, „factum magno artis incommodo, ut iam a primis eius incunabulis turpis quae-stus ad vitiandam prae aliis omnibus Augustorum monetam omne suum studium conferret, quae labes successu temporis adeo invaluit, ut monetae huius classis falsae non multo minor sit numerus, quam primaevae et genuinae, tantumquæ fere studii impendendum illi parti, quae discernere utramque docet, quantum ipsi scientiae, et doctrinae ex eius usu percipiendae.“ Quum igitur ad numorum examen omni opus sit ἀκριβείᾳ, et doctissimi etiam viri in iis approbandis saepe nimium indulgentes reperti sint¹⁾: mirum non erit, si nos, qui usu diuturno artisque veteris intelligentia parum valemus, adulterinos

1) Conf. ECKHELII Doctr. N. Vet. Prolegg. generalia cap. XIX. et Praefat. Vol. VI.

numos a genuinis non ubique dignoverimus in sequenti catalogo. Indicavimus saltem in quibusdam fraudem, ubi est aperta; in aliis pluribus, qui dubiae sunt auctoritatis, maluimus callidioribus illud arbitris relinquere, ut certam aliquando falsi notam apponerent. In describendis ex ipsa moneta inscriptionibus omni qua decebat diligentia versati sumus, quanquam vel sic non hoc nobis sumamus, ut nusquam lapsi simus, quum ab huiusmodi erroribus vix ne peritissimi quidem artis ubique plane immunes fuisse videantur.²⁾

C. IULIVS CAESAR.

1. CAESAR. DIC. TER. Protome Victoriae.)(C. et IOVI. PRAEF. Pallas gradiens cum tropaeo, clipeo Medusae et gaesis Hispanicis. (Conf. ECKHEL. Doctr. N. Vet. Vol. VI. p. 7.) Magnitudinis II.

2. C. CAESAR. DICT. PERPETVO. Cap. Caesaris laureatum.)(LEVCA. (Sic est in numo. Esse debebat L. BVCA.) Caduceus et fasces decussati, in area dexteræ iunctae, globus et secespita. (Conf. Eckhel. l. c. p. 8. Spurius esse censeo exemplum nostrum.) Magnit. I.

3. C. CAESAR. DICTATOR. Cap. Caesaris laureatum cum stella et lituo.)(VENI. VIDI. VICI. in laurea. (Adulterinos esse huiusmodi numos, constat inter omnes. Conf. Eckhel. l. c. p. 13.) I.

AVGVSTVS.

4. CAESAR. AVGVST. PONT. MAX. TRIBV.... Cap. Augusti nudum.)(M. SALVIVS. OTHO. IIIVIR. A. A. A. F. F. In area S. C. II.

5.MAX. TRIBVNI.... Cap. Augusti nudum.)(M. CVRIVS. AGRIPPA. a. a. a. f. f. In area S. C. II.

6. CAESAR. AVGVSTVS..... POTEST. (tribunit. potest.) Cap. Augusti nudum.)(C. PLOTIVS. RVFVS. IIIVIR. a. a. a. f. f. In area S. C. II.

7. CAESAR. AVGVST. PON.....POT. Cap. Augusti nudum.)(M. MAECILIVS. TVLLVS. IIIVIR. A. A. A. F. F. In area S. C. II.

8. IMP. CAESAR. DIVI. F. AVGVSTVS..... Cap. Augusti nudum.)(PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POT. XXXIII. In area S. C. II.

9. CAESAR. DIVI. F. Cap. Augusti nudum.)(DIVVS. IULIVS. Cap. Iulii. II.

10. CAESAR. AVGVSTVS. Cap. Augusti nudum.)(S. P. Q. R. circa clipeum. III.

11. DIVVS. AVGVSTVS. PATER. Cap. Augusti laureatum.)(OB. CIVIS. SER. inscriptum in clipeo, quem ambit corona quercea, inferne duo capricorni et globus, sub quo temo. In area S. C. (De capricorni typo in

2) Conf. GE. ZOEGAE epistolam ad CHR. RAMUM, dat. Romae d. 4. Iun. 1803, ubi suspicatur, etiam in praestantissimo Eckhelii Catalogo musei Caesarei Vindobonensis, quod imperatoriorum numorum inscriptiones attinet, multa haud recte esse lecta. Vid. eximii Archaeologi Dani Vitam per dignum ipso amicum FR. THEOPH. WELCKERUM nuperrime editam, Vol. II. pag. 379.

Augusti numis obvio conf. Eckhel. l. c. p. 109; de clipeo votivo eundem p. 121. Similem numum aeneum I. magnit. ex Mus. Caes. laudat Eckhel. l. c. p. 129, non eundem. Elegans noster.) I.

12. DIVO. AVGVSTO. S. P. Q. R. Augustus, d. extenta ramum s. hastam, sedens in thensa a quatuor elephantis tracta, quibus singulis suus rector insidet.)(TI. CAESAR. DIVI. AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXIII; in medio S. C. (Conf. de hoc numo Eckhel. l. c. p. 128.) I.

13. DIVVS. AVGVSTVS. PATER. Augustus capite radiato sedens ad aram, dextera extenta ramum, sinistra hastam.)(TI. CAESAR. DIVI. AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXIII, in medio S. C. (Laudat huius numi exempl. e Mus. Caes., eumque explicat Eckhel. l. c. p. 193, 194.) I.

14. DIVVS. AVGVSTVS. Cap. Augusti radiatum. In area S. C.)(CONSENSV. SENAT. ET. EQ. ORDIN. P. Q. R. Signum Augusti sedentis dextera extenta ramum, sinistra globum vel pateram tenentis. (Num. eleg., opt. conserv., quem explicat Eckhel. l. c. p. 126, laudans exemplum Mus. Caes.) II.

15. DIVVS. AVGVSTVS. PATER. Augusti caput laureatum. In area S. C.)(CONSENSV. SENAT. ET. EQ. ORDIN. P. Q. R. Signum Augusti sedentis dextera extenta ramum, sinistra nescio quid tenentis. I.

16. DIVVS. AVGVSTVS. Cap. Augusti radiatum. In area S. C.)(CONSENSV. SENAT. ET. EQ. ORDIN. P. Q. R. Signum Augusti sedentis dextera extenta ramum, s. aliud quid tenentis. (Exemplum minus bene conserv., eam vero ab causam memorabilis, quod signum incusum habet oblongum litteris tribus notatum. Etsi vero argumentum huius numi et superioris idem, opus tamen et fabrica diversa esse videntur.) II.

17. DIVVS. AVGVSTVS. PATER. Cap. Augusti radiatum.)(PROVIDENT. Ara. Hinc et inde S. C. (Conf. Eckhel. l. c. p. 128, qui ex Mus. Caes. eundem numum laudat.) II.

18. Idem fere numus. II. (Repertus in agro Osiliae insulae: dono missus a *Ioanne Guil. Lud. de Luce*, Med. D., scholarum dioeceseos ArensburgensisInspectore.)

19. DIVVS. AVGVSTVS. PATER. Cap. Augusti radiatum.)(S. C. Aquila alis expansis globo insistit. (Laudat hunc numum ex Mus. Caes. Eckhel. l. c. p. 127.) II.

20. DIVVS. AVGVSTVS. PATER. Cap. Augusti radiatum, prae quo fulmen.)(Mulier velata sedens d. pateram, s. hastam. In area S. C. (Conf. Eckhel. l. c. p. 126.) II.

21. DIVVS. AVGVSTVS. PATER. Cap. Augusti radiatum.)(S. C. Fulmen. (Eundem numum laudat ex Mus. Caes. Eckhel. l. c. p. 127.) II.

22. CAES. PONT. MAX. Cap. Augusti laureatum.)(ROM. ET. AVG. Ara (Lugdunensis) inter duas Victorias basi insistentes. (Conf. Eckhelii dissertationem l. c. p. 135 — 137.) II.

23. Caesar. divi. f. August. (litt. fere detrit.) Cap. Augusti laureatum.)(ROM. ET. AVG. Ara (Lugdunensis) inter duas Victorias basi insistentes. III.

LIVIA.

24. IVSTITIA. Cap. muliebre splendide ornatum.)(TI. CAESAR. DIVI. AVG. F. AVG. P. M. TR. POT. XXIII. In medio S. C. (Conf. Eckhel. l. c. p. 150, 194, ubi laudat hunc numum ex Mus. Caes.) II.

25. SALVS. AVGVSTA. Cap. muliebre crinibus retro in nudum religatis.)(TI. CAESAR. DIVI. AVG. F. AVG. P. M. TR. P. XXIII. (Conf. Eckhel. l. c. p. 151, 194, ubi laudat hunc numum ex Mus. Caes.) II.

M. AGRIPPA.

26. M. AGRIPPA. L. F. COS. III. Cap. cum corona rostrata.)(S. C. Neptunus stans, d. delphinum, s. tridentem. (Conf. l. c. p. 165.) II.

27. Idem numus.

28. IMP. DIV. F. Capita duo opposita occipite, Augusti laureatum, Agrippae cum corona rostrata.)(COL. NEM. (Colonia Nemausensis.) Crocodilus palmae adligatus, superne corona. (Recenset hunc numum Eckhel. in numis Galliae Narbonensis T. I. p. 69, 70.) II.

29. Idem fere numus, non eiusdem operis. II.

DRVSVS SENIOR.

30. NERO. CLAVDIVS. DRVSVS. GERMANICVS. IMP. Cap. Drusi nudum.)(TI. CLAVD. CAESAR. AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. S. C. Vir togatus d. ramum tenens, sedensque inter congeriem armorum. (Conf. Eckhel. T. VI. p. 177.) I.

ANTONIA DRVSI.

31. ANTONIA. AVGVSTA. Cap. nudum.)(TI. CLAVD. CAESAR. AVG. P. M. TR. P. IMP. S. C. Mulier velata stans d. simpulum. (Conf. Eckhel. l. c. 180. Exempl. eleg., opt. conserv.) II.

32. ANTONIA. AVGVSTA. Cap. nudum.)(Eadem epigraphe; idem typus. (Exempl. minus bene conserv., eamque ob causam altero magnitudine inferius.) II.

TIBERIVS.

33. TI. CAESAR. AVGVSTI. F. IMPERATOR. VI. Cap. Tiberii nudum.)(ROM. ET. AVG. Ara (Lugdunensis) inter duas Victorias basi insistentes. (Exempl. integerrimum operis pereleg. Conf. Eckhel. T. VI. p. 135 — 137, 199.) I.

34. TI. CAESAR. AVGVSTI. F. Cap. Tiberii laureatum.)(ROM. ET. AVG. Ara (Lugdun.) etc., ut supra. (Exempl. passim detrit.) II.

35. TI. CAESAR. DIVI. AVG. F. AVGVSTI. IMP. Cap. Tiberii nudum;)(SEGOBRIGA in corona querna. (Eckhel. T. I. p. 57 in recensu numorum Hispaniae Tarraconensis huiusmodi numos raris adnumerat.) II.

36. TI. CAESAR. AVGVSTI. F. IMP. Cap. Tiberii nudum.)(PONTIF. MAX. In area S. C. II.

37. TI. CAESAR. DIVI. AVG. F. AVGVSTI. IMP. VIII. Cap. Tiberii nudum.)(PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXIV. In medio S. C. II.

38. TI. CAESAR. DIVI. AVGVSTI. F. AVGVSTI. IMP. VIII. Cap. Tiberii

laureatum.)(PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXXVI. Caduceus alatus inter S. C. (Conf. Eckhel. T. VI. p. 198.) II.

39 TI. CAESAR. DIVI. AV^{gust.} f. aug VST. IMP... Cap. Tiberii laureatum.)(PONTIF. MAX. TR. POT. XXXIIX. Orbis cum gubernaculo inter S. C. (De typo conf. Eckhel. l. c. p. 195.) II.

40 TI. CAESAR. DIVI. AV^{gust.} F. AVGVSTVS. Cap. Tiberii laureatum.)(PONTIF. MAXIM. Figura muliebris sedens, d. hastam s. ramum. III.

DRVSVS TI. F.

41 DRVSVS. CAESAR. TI. AV^{gust.} F. DIVI. AV^{gust.} N. Cap. nudum Drusi.)(PONTIF. TRIBVN. POTEST. ITER. In medio S. C. (Laudat hunc numum ex Mus. Caes. Eckhel. l. c. p. 204. Exemplum nostrum integerrimum.) II.

42 Idem numus. II.

GERMANICVS.

43 GERMANICVS. CAESAR. TI. AV^{gust.} F. DIVI. AV^{gust.} N. Cap. Germanici nudum.)(c. caeSAR. DIVI. AV^{gust.} PRON. AV^{gust.} P. M. TR. P. III... In medio S. C. (Conf. Eckhel. l. c. p. 210. Numus signatus a Caligula filio.) II.

44 GERMANICVS. CAESAR. TI. AV^{gust.} F. DIVI. AV^{gust.} N. Cap. Germanici nudum.)(TI. CLAVDIVS. CAESAR. AV^{gust.} GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. In medio S. C. (Numus signatus a Claudio fratre. Laudat eum, ut antecedentem, e Mus. Caes. Eckhel. l. c. p. 210.) II.

45 GERMANICVS. CAESAR Cap. Germanici nudum. Vesta sedens d. pateram s. hastam. In area S. C. II.

AGRIPPINA GERMANICI.

46 AGRIPPINA. M. F. MAT. C. CAESARIS. AVGVSTI. Caput Agrippinae.)(S. P. Q. R. MEMORIAE. AGRIPPINAE. Thensa a binis mulis tracta. (Laudat hunc numum e Mus. Caes. Eckhel. l. c. p. 213.) I.

47 AGRIPPINA. M. F. GERMANICI. CAESARIS. Cap. Agrippinae.)(TI. CLAVDIVS. CAESAR. AV^{gust.} GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P., in medio S. C. (Laudat ex Mus. Caes. Eckhel. ibid.) I.

CAIVS, vulgo CALIGVLA.

48 C. CAESAR. aug. GERMANICVS. P. M. TR. POT. in imo PIETAS. Pietas velata sedens d. pateram, s. parvae figurae innixa.)(DIVO. AV^{gust.} S. C. Templum magnificum sex columnis, ante quod Caesar velatus stans d. pateram supra aram, adstat victimarius taurum attinens, inde canillus s. pateram tenens. (Laudat ex Mus. Caes. hunc num. Eckhel. l. c. p. 219.) I.

49 C. CAESAR. DIVI. AV^{gust.} PRON. AV^{gust.} P. M. TR. P. III. P. P. Cap. Caligulae laureatum.)(ADLOCVT. CO. (Cohort.) Imperator, stans in suggestu cum aliis duobus, tres milites cum aquilis et equo adstantes adloquitur. (Num. eleg., ab eo, quem Eckhel. l. c. ex Mus. Caes. et Theup. laudat p. 221, diversus.) I.

50 C. CAESAR. AV^{gust.} GERMANICVS. PON. M. TR. POT. Cap. Caligu-

lae nudum,)(VESTA, S. C. Vesta sedens d. pateram s. hastam. (Laudat ex Mus. Caes. Eckhel. I. c. p. 221.) II.

TI. CLAUDIVS.

51. ti. CLAUDIVS. CAESAR. AVG. P. M. Cap. Claudii laureatum.)(SPES. auguSTA. S. C. Spes gradiens. (Plura typi aversae deleta. Conf. de hoc numo Eckhel. I. c. p. 238.) I.

52. TI. CLAUDIVS. CAESAR. AVG. P. M. TR. P. IMP. P. p. Cap. Claudii laureatum.)(EX. S. C. OB. CIVES. SERVATOS. intra coronam quer-nam. (Conf. Eckhel. I. c. p. 239.) I.

53. Idem numus exemplo minus bene conservato. I. (Repertus in agro Osiliae insulae. Donum *Ioannis Guil. Lud. de Luce.*)

54. TI. CLAUDIVS. CAESAR. AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. Cap. Claudii laureat.)(NERO. CLAUDIVS. DRVSVS. GERMAN. IMP. S. C. Arcus triumphalis, super quo inter duo tropaea Drusi statua equestris. (Conf. Eckhel. I. c. p. 177, Morelli Imp. laudantem, et p. 239.) I.

55. Eadem epigraphe. Cap. Claudii nudum.)(CONSTANTIAE. AVGVSTI. S. C. Iuvenis galeatus tenui indumento usque ad genua, et pallio post tergum defluo amictus, elata dextera digitum indicem vultui admovet, s. hastam. (Conf. Eckhel. I. c. p. 236.) II.

56. Eadem epigraphe. Cap. Claudii nudum.)(LIBERTAS. AVGVSTA. S. C. Libertas stans d. pileum, s. extenta. (Conf. Eckhel. p. 239.) II.

57. Eadem epigr. Cap. Claud. nudum.)(S. C. Pallas gradiens, d. iaculum, s. scutum. (Conf. Eckhel. *ibid.*) II.

58. ti. CLAUDIVS. CAESAR. AVG. GERMAN.... Cap. Claudii laureatum.)(A. PATR. et XXII. scriptum iuxta aquilam legionariam inter duo signa militaria. (Ante A. expectabas COL. A. quod in huiusmodi numis simul scriptum esse solet, quarum litterarum primum A., duce Seguino, ad coloniae conditorem Augustum refertur, ut sit Augusta; alterum A. ad priorem urbis appellationem Aroen., Patr. ad nomen recentius Patras. Scil. Augustus Patras, Achaiae urbem, deduxit veteranos legionis XXII. Conf. Eckhel. T. II. p. 256, 257; de Claudii cognomine Germanici T. VI. p. 247: „In eius numis“, inquit, „quos per certos characteres constat signatos inde ab altero eius imperii anno, vocabulum GERM. perpetuo abest, etsi dubium non videatur; numos hoc titulo insignes sequioribus quoque annis prodivisse.“) II.

59. TI. CLAV.....ESAR. AVG. Modius.)(COS. DES. IT. PON. M. TR. P. IMP. In medio S. C. (Conf. Eckhel. T. VI. p. 238) III.

NERO.

60. IMP. NERO. CLAVD. CAESAR. AVG. GERM. P. M. TR. P. XIII. P. P. Cap. Neronis laureatum ad d.)(ROMA. S. C. Roma sedens d. hastam, s. clipeum. (Eckhel. I. c. p. 266 laudat eiusdem modi numum ex Mus. Caes. formae II., quum noster sit formae I. „Singularis est hic numus“, inquit, „cum quod trib. potestatis numerum addit, cuius exemplum in alio Neronis numo aeneo nondum observare contigit, tum quod in eadem numi parte utrumque imperatoris titulum affert.“ Nostro quidem exemplo legitur non

IM., sed P. M. Ceterum in numo per Eckhelium descripto Neronis caput est radiatum.) I.

61 Eadem epigraphe. Cap. Neronis laureatum ad s.)(ROMA. S. C. Roma sedens inter arma, d. extenta Victoriolam, s. hastam. I.

62 NERO. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P. Cap. Neronis laureatum.)(ANNONA. AVGVSTI. CERES. in imo S. C. Ceres velata sedens d. spicas, s. facem; intra sellae fulcra, quod omisit Eckhelius, duo gryphi basi insistentes. Adstat Abundantia s. cornucopiae. Inter utramque figuram ara vel cippus, cui modius insistit, retro navis. (Conf. Eckhel. l. c. p. 268.) I.

63 Idem fere numus, alius tamen operis, opt. conserv. I.

64 Eadem epigraphe. Cap. Neronis laureatum.)(CONG. II. DAT. POP. In imo S. C. Imperator sedens in suggestu, iuxta statua Palladis, dextera extenta noctuam, s. hastam tenens, in suggestu insuper stans alia figura, infra stans vir tesseram porrigens civi vel mulieri adstanti, quae munus ducto sinu accipit; pone aedificium columnis fultum. (Num. operis elegantioris integerrimus. Conf. Eckhel. l. c. p. 271.) I.

65 NERO. CLAVD. CAESAR. AVG. GERM. TR. P. IMP. P. P. Cap. Neronis laureatum.)(POR. OST. AVGVSTI. S. C. Portus Ostiensis navibus refertus, ad eius ingressum statua super basi s. hastam tenens, inferne vir barbatus decumbens, d. gubernaculum s. delphinum tenens. (Num. operis eleg. integerrimus. Conf. Eckhel. l. c. p. 276, 277.) I.

66 IMP. NERO. CAESAR. AVG. PONT. MAX. TR. POT. P. P. Cap. Neronis laureatum.)(S. C. Arcus triumphalis statuis et quadrigis exornatus, (Laudat hunc num. elegantioris operis ex Mus. Caes. Eckhel. l. c. p. 277.) I.

67 IMP. NERO. CAESAR. AVG. P. MAX. TR. P. P. P. Cap. Neronis laureatum.)(SECVRITAS. AVGVSTI. S. C. Figura Securitatis sedens ad aram. (Conf. Eckhel. l. c. p. 282.) II.

68 NERO. CLAVD. CAESAR. AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P. Caput Neronis radiatum.)(VI~~FF~~RIA. AVGVSTI. Victoria gradiens d. coronam, s. palmam. In area S. C., infra II. (Conf. Eckhel. l. c. p. 282, et de nota II. eundem p. 282, 283. Censet, valorem duorum assium indicari.) II.

69 IMP. CAESAR. AVG. GERM. Cap. Neronis laureatum.)(S. C. Victoria volans, d. clipeum rotundum tenens. (Clipeo inscriptum videtur S. P. Q. R., sed litterae detritae. Conf. Eckhel. l. c. p. 277.) II.

70 IMP. NERO. CAESAR. AVG. P. MAX. TR. P. P. P. Cap. Neronis laureatum.)(S. C. Victoria gradiens d. vel clipeum vel duos clipeos. II.

71 NERO. CLAVD. CAESAR. AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P. Cap. Neronis radiatum.)(S. C. in imo ROMA. Roma insidens thoraci d. lauream, s. parazonium. II.

72 Idem fere numus. II.

73 NERO. CAESAR. GERM. IMP. Cap. Neronis laureatum.)(IANVM. CLVSIT. PACE. P. R. VBIQ. PARTA. In area S. C. Templum Iani clausis foribus. (Conf. Eckhel. l. c. p. 273. Laudat numum aureum ex Morell., de aeneo tacet.) II.

CTO |

XI

74 Idem numus. II. (Repertus in Osilia insula, donum *I. Gu. L. de Luce*.)
 75 ..RO. CLAVD. CAESAR. AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P. Cap.
 Neronis laureatum.)(GENIO. AVGVSTI. In area S. C. Genius fere nudus
 stans d. pateram ad aram sacrificat, s. cornucopiae. Infra est I. (Conf.
 Eckhel. l. c. p. 272.) II.

76 NERO. CAES. AVG. IMP. Cap. Neronis laureatum.)(CER. QVINQ.
 ROM. CO. (i. e. certamen quinquennale Romae constitutum.) In imo S. C.
 Mensa, supra quam urna et corona, intra mensam discus et gryphi. (Addit
 Eckhel.: „clipeum attinentes“, quod in nostro exemplo cetera integro non
 satis apparet.) In area supra mensam est S. (Conf. Eckhel. l. c. p. 264. S
 ex eiusdem explicatione p. 282, 283 significat semissem.) III.

GALBA.

77 IMP. SER. GALBA. AVG. Tr. p. Cap. Galbae nudum.)(S. C. in imo
 ROMA. Roma sedens. I.

78 SER. GALBA. IMP. CAESAR. AVG. TR. P. Cap. Galbae laureatum.)(
 S. C. in imo ROMA. Roma sedens in armis, d. Victoriolam. I.

79 Eadem epigraphe. Cap. Galbae laureatum.)(LIBERTAS. PVBLICA.
 In area S. C. Libertas d. pileum, s. hastam. I.

80 IMP. SER. SVLP. GALBA. CAES. AVG. TR. POT. Cap. Galbae lau-
 reatum.)(ADLOCVT. In area S. C. Imperator paludatus, stans in sug-
 gestu, adloquitur cohortes. I.

81 SER. GALBA. IMP. CAES. AVG. Cap. Galbae laureatum.)(ADLO-
 CVT. In area S. C. Imperator paludatus stans in suggestu adistente figura
 militari alloquitur cohortes. An fortasse Pisonem Frugi Licinianum, filium
 adoptivum, militibus propositum commendat? (Conf. Eckhel. l. c. p. 291,
 qui tamen huiusmodi numum non laudavit.) I.

82 IMP. SER. GALBA. CAESAR. AVG. Cap. Galbae laureat.)(DIVA.
 AVGVSTA. Livia stans, d. pateram, s. hastam. (Idem num. in AV. et AR.
 laudatur ab Eckhel. l. c. p. 292, non in aere.) III.

OTHO.

83 IMP. OTHO. CAESAR. AVG. TRI. POT. Cap. Othonis nudum.)(SECV-
 RITAS. P. R., in imo S. C. Vir togatus dextram porrigit militi supra
 aram, adstantibus militibus cum signis militaribus. I.

84 Eadem epigraphe. Cap. Othonis nudum.)(SECVRITAS. P. R., in
 area S. C. Figura muliebris stans, d. coronam, s. scipionem. I.

85 IMP. M. OTHO. CAESAR. AVG. T. P. Cap. Othonis nudum.)(SE-
 CVRITAS. P. R. Figura muliebris stans, d. coronam, s. scipionem. III.
 (Hactenus repertum esse aeneum Othonis numum commatis Romani, ab
 Eckhelio l. c. p. 304 iure negatur. Conf. omnem eius de aeneis Othonis
 numis dissertationem ibid. p. 302 — 306. Pro spuris igitur habendi hi
 tres numi.)

VITELLIVS.

86 A. VITELLIVS. GERMAN. IMP. AVG. Cap. Vitellii laureatum.)(
 S. C. Mars gradiens d. hastam, s. tropaeum. I.

87 A. VITELLIVS. GERMANICVS. IMP. AVG. P. M. TR. P. Cap. Vitellii laureatum.)(MARS. VICTOR. In area S. C. Mars gradiens d. extenta Victoriolam, s. tropaeum. (Num. integerrimus.) I.

88 Eadem epigraphe. Cap. Vitellii laureatum.)(HONOS. ET. VIRTVS. In area S. C. Honos seminud. stans, d. hastam, s. cornucopiae; iuxta stans Virtus capite galeato, d. parazonium, s. hastam, et dextero pede, ut videtur, galeam premens. (Laudat ex Mus. Caes. Eckhel. l. c. p. 310. Conf. ibid. usque ad p. 312 de parazonio disserentem.) I.

VESPASIANVS.

89 IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III. Cap. Vespasiani laureatum.)(CAES. AVG. F. DES. IMP. AVG. F. COS. DES. IT. In area S. C. Titus et Domitianus adversi stantes paludati d. hastam, s. parazonium tenent. (Laudat hunc num. ex Mus. Caes. atque ex Morellio, eumque illustrat Eckhel. l. c. p. 324—326.) I.

90 Eadem epigraphe. Vespasiani cap. laureat.)(ROMA. RESVRGES. In imo S. C. Imperator togatus stans mulierem genuflectentem sublevat, alia figura galeata cum clipeo retro stante. (Laudat hunc numum Eckhel. l. c. p. 327 ex Mus. Caes. RESVRGES est pro RESVRGENS. Conf. eundem ibid. et p. 297.) I.

91 IMP. CAES. VESPAS.....coS. III. Cap. Vesp. radiatum.)(TVTELA. auguSTI. In area S. C. Mulier sedens dexteram extendit super adstantem Titum, sinistram super Domitianum. (Laudat ex Mus. Caes. Eckhel. l. c. p. 329, 330.) II.

92 IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. III. Cap. Vespas. radiatum.)(VICTORIA. NAVALIS. In area S. C. Victoria prorae navis insistens d. lauream, s. palmae ramum. (Conf. Eckhel. l. c. p. 330, qui ex Mus. Caes. laudat.) II.

93 Eadem epigraphe. Cap. Vesp. laureatum.)(VICTORIA. AVGVSTI. In area S. C. Victoria stans d. lauream, s. palmam. II.

94 IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III. Cap. Vesp. laur.)(ROMA. In area S. C. Mars stans d. Victoriolam, s. hastam. I.

95 CAESAR. VESP. AVG. P. M. T. P. COS. III. IMP. P. P. Cap. Vesp. radiatum.)(IMP. T. CAES. F. VESP. AVG. P. M. TR. (sic) CS. (sic) III. Cap. Titi radiatum. II.

96 IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. T. P. COS. III. CENS. Cap. Vespas. radiatum.)(FELICITAS. PVBLICA. In area S. C. Figura muliebris stans d. caduceum, s. cornucopiae. II.

97 IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. T. P. COS. V. CENS. Cap. Vesp. radiatum.)(FELICITAS. PVBLICA. In area S. C. Typus aversae idem qui num. antecedenti. II.

98 IMP. CAES. VESP. AVG. COS. V. CENS. Cap. Vesp. laureatum.)(S. C. Figura muliebris stans, d. nescio quid, (an aviculam?) s. vestem sublevans. (Num. repertus in agro Osiliae insulae, dono missus a *I. Gu. L. de Luce.*) II.

XIII

99. IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. Cap. Vesp. laureat.)(IVDAEA. CAPTA. In imo S. C. Mulier in lactu sedens sub palma, hinc vir barbatus togatus stans, utraque figura inter arma. (Conf. Eckhel. l. c. p. 326.) I.

Vid. p. XVI.

100. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. VIII. P. P. Cap. Vesp. radiat.)(ROMA. S. C. Figura galeata insidens spoliis, d. Victoriolam, s. hastam. II.

101. Eadem epigraphe. Cap. Vesp. laureat.)(PROVIDENT. S. C. Templum, in cuius medio figura. II.

102. imp. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. Cap. Vesp. laureat.)(VICTORIA. AVGVSTI. In imo S. C. Victoria alata inscribens clipeo qui impositus est trunco palmae; ad pedes mulier in lactu sedens. I.

103. IMP. CAES. VESPAS. AVG. P. M. TR. Cap. Vesp. laureat.)(FORTVNAE. REDVCI. In imo S. C. Figura muliebris d. gubernaculum cum globo, s. cornucopiae. II.

104. IMP. CAES. VESPASIAN. Cap. Vesp. laureat.)(FORTVNAE. in area S. C. Idem aversae typus qui in antecedente numo, satis detritus. II.

105. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. P. P. Cap. Vesp. laureat.)(FIDES. PVBLICA. In area S. C. Figura muliebris stans, d. pateram, s. cornucopiae. II.

106. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. Cap. Vesp. laureat.)(S. C. Aquila expansis alis globo insidens. II.

TITVS.

107. T. CAES. IMP. PON. TR. P. COS. II. CENS. Cap. Titi radiatum.)(FELICITAS. PVBLICA. In area S. C. Figura muliebris stans, d. caduceum, s. cornucopiae. II.

108. T. CAES. IMP. PON. TR. P. COS. III. CENS. Cap. Titi laureatum.)(VICTORIA. AVGVSTI. In area S. C. Victoria d. lauream, prorae navis insistens. II.

109. T. CAES. IMP. AVG. F. TR. P. COS. VI. CENSOR. Cap. Titi laureat.)(ROMA. In area S. C. Roma spoliis insidens, d. lauream. II.

110. IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. Cap. Titi laureat. — S. C. Figura muliebris stans d. aliquid (an aviculam?) tenens, s. vestam sublevans. I.

111. Eadem epigraphe. Cap. Titi laureat. — PAX. AVGVST. In area S. C. Figura muliebris stans, d. oleae ramum, s. caduceum. II.

DOMITIANVS.

112. CAES. AVG. F. DOMITIANVS. COS. VI. Cap. Domitiani laureat.)(S. C. Figura muliebris d. aviculam, s. vestem sublevans. II.

113. CAESAR. AVG. F. DOMITIAN. COS. ... Cap. Dom. laur.)(S. C. Idem fere typus ut num. praecedenti. II.

114. IMP. CAES. DIVI. VESP. F. DOMITIAN. AVG. Cap. Dom. laureat.)(TR. P. COS. VII. DES. VIII. P. P. In area S. C. Pallas d. elevata, s. scutum. I.

- 115 IMP. CAES. DIVI. VESP. F. DOMITIAN. AVG. P. M. Cap. Dom. laureat.)(TR. P. COS. VII. DES. VIII. P. P. In area S. C. Pallas stans, d. fulmen, s. hastam, ad pedes scutum. II.
- 116 CAES. DIVI. VESP. F. DOMITIAN. COS. VII. Cap. Dom. laureat.)(S. C. Figura muliebris stans d. elata, s. vestem tenens. II.
- 117 IMP. CAES. DIVI. VESP. F. DOMITIAN. AVG. P. M. Cap. Dom. laureat.)(TR. P. COS. VII. DES. VIII. P. P. In area S. C. Pallas stans d. elata cum iaculo, s. scutum. II.
- 118 Eadem epigraphe. Cap. Domitiani radiatum.)(TR. P. COS. VIII. DES. VIII. P. P. In area S. C. Pallas stans d. fulmen, ad pedes scutum. II.
- 119 Idem numus. II.
- 120 Eadem epigraphe, litteris P. M. detritis. Cap. Domit. laureatum.)(TR. P. COS. VIII. DES. VIII. P. P. In area S. C. Pallas stans d. elata iaculum, s. scutum. II.
- 121 IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. PER. P. P. Cap. Domit. laureat.)(IVPITER. CONSERV. In area S. C. Iuppiter stans, d. fulmen, s. hastam. (De simili numo anni antecedentis conf. Eckhel. l. c. p. 379.) II.
- 122 IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. XI. Cap. Domit. radiatum.)(VICTORIA. AVGVSTI. In area S. C. Victoria inscribens clipeo tropaeis appenso, s. palmam. II.
- 123 IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. ... Cap. Domit. laureat.)(IMP. XI. COS. XII. CENS. P. P. P. Pallas stans d. fulmen s. hastam, ad pedes scutum. III.
- 124 IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XII. CENS. PER. P. P. Cap. Domit. radiat.)(FIDEI. PVBLICAE. In area S. C. Figura muliebris stans, d. spicas, s. pateram cum frugibus. II.
- 125 IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XIII. CENS. PER. P. P. Cap. Domit. laureat.)(FORTVNAE. AVGVSTI. In area S. C. Fortuna stans cum gubernaculo, s. cornucopiae. II.
- 126 IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. VIII. CENS. PER. P. P. Cap. Domit. laureat.)(COS. XIII. LVD. SAEC. FEC. in imo S. C. Imperator ante aram ignitam dextera pateram, ex adverso tibicen binas tibias inflans, retro citharoedus, omnes ante templum hexastylon. (De ludis saecularibus a Domitiano factis conf. Eckhel. l. c. p. 383 seq., apud quem inter Domitiani monetam ad ludos saeculares spectantem nostri numi integerrimi in aversa typum desidero.) II.
- 127 Epigraphe anticae fere detrita GERM. P. M. TR. P. Cap. Domit. laureat.)(Aversae epigraphe magnam partem detrita LVD. SAEC. FE... Imperator togatus stans dextera pateram, ad aram sacrificat, citharoedo et tibicine adstantibus, iuxta popa victimam attinens, retro templum sex columnarum. (Conf. Eckhel. l. c. p. 386. Aversae partis figurae in nostro numo ex parte evanuerunt sic, ut certo dicere non possim, qui numus sit noster ex tribus formae secundae, ab Eckhel. l. c. laudatis.) II.

128. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XIII. CENS. PER. P. P. Cap. Domit. laur.)(FEDEI. (sic) PVBLICAE. In area S. C. Figura muliebris stans, d. spicas, s. pateram cum frugibus. II.

129. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XV. CENS. PER. P. P. Cap. Domit. radiat.)(FORTVNAE. AVGVSTI. In area S. C. Fortuna stans cum gubernaculo, s. cornucopiae. II.

130. IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. XV. Cap. Domit. laureat.)(MONETA. AVGVSTI. in area S. C. Figura muliebris stans, d. bilancem, s. cornucopiae. II.

131. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS... CENS. P. P. P. Cap. Domit. laureat.)(MONETA. AVGVSTI. in area S. C. Idem typus aversae, ut antec. num. II.

132. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XV. CENS. PER. P. P. Cap. Domit. laur.)(VIRTVTI. AVGVSTI. in area S. C. Virtus militaris gradiens, d. hastam, s. parazonium. II.

133. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. X. Cap. Domit. laureat.)(IMP. XXI. COS. XV. CENS. P. P. P. Pallas stans d. fulmen, s. hastam, ad pedes scutum, III.

134. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVI. CENS. PER. P. P. Cap. Domit. radiat.)(VIRTVTI. AVGVSTI. in area S. C. Virtus militaris gradiens d. hastam, s. parazonium. II.

135. Anticae eadem epigraphae. Cap. Domit. laureat.)(S. C. Figura stans d. fulmen s. hastam, quam Victoria, s. palmam tenens, dextera coronare videtur. I.

136. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVII. CENS. PER. P. P. Cap. Domit. radiat.)(VIRTVTI. AVGVSTI. in area S. C. Virtus militaris gradiens d. hastam, s. parazonium. II.

137. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVII. CENS. PER. P. P. Cap. Domit. laureat.)(PONT. MAX. TR. P. VIII. LVD. SAEC. In imo S. C. Imperator togatus sedens in suggestu, cui inscriptum SVFPD, (i. e. SVFFimenta Populo Data) porrigit aliquid figurae togatae infra stanti adstante figura alia minore et manum attollente, in suggestu duo vasa donis referta, retro templum quatuor columnarum. (Laudat hunc numum ex Mus. Caes. Eckhel. l. c. p. 387. In numo Caesarei Musei tamen post LVD. SAEC. est FEC. quod in nostro numo locum non habet, abest contra in illius aversa PONT. MAX. TR. P. VIII., atque pro eo est Cos. XIII. Dicit porro Eckhel., in antica epigraphen esse ut litt. C. Ibi autem est IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. VIII. CENS. PER. P. P. Quum certo constet, ludos saeculares a Domitiano factos esse A. V. C. 841, quo esset TR. P. VIII., Cos. XIV.: mirum omnino, nostro numo cetera integerrimo et operis non contemnendi reperiri COS. XVII. et simul TR. P. VIII., ita ut suspicio, eum non esse genuinum, haud temere suborietur. Quae quomodo tolli possit non video, nisi dicere velis, numum esse omnino eius anni quo Domitianus Cos. XVII. ut antica testetur, in aversa autem recoli memoriam Ludorum Saecularium factorum eo omnino anno quo Domitianus TR. P. VIII. Contra augetur suspicio Eckhelii verbis eadem pag. 387 proditis: „Non alius magis numus falsariorum turpem artem exercuit, vidique eius generis exempla innumera ex omni metallo etiam maximae formae.“ Neque genuinus mihi videtur ingens numus aureus eiusdem fere typi, quem Museum Univ. Litt. Dorpatensis possidet, de quo alio loco agetur accuratius.) I.

138 IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVII. CENS. PER. P. P.
Cap. Domit. laureat.)(IOVI. VICTORI. Iuppiter sedens d. Victoriolam,
s. elevata hastam. I.

Anticae eadem epigraphe. Cap. Domit. radiat.)(S. C. Victoria
dextero pede globum calcans, d. lauream, s. tropaeum. II.

Habetis, Commilitones, seriem numerum imperatorum ex aere
inde a Iulio Caesare usque ad Domitianum ordine, quantum fieri po-
tuit, chronologico dispositam, numero CXL. His addatis VII., qui,
dum haec describebantur, seriei accesserunt, in ipsa Numotheca iam
suis loculis illati: 1. Tertium exempl. numi ANTONIAE p. VII laudati
idque elegans et optime conservatum, magnit. II. 2. Alterum exempl.
numi TIBERII, in cuius aversa caduceus alatus, magnit. II., qualis
fere descriptus est p. VIII. 3. Alterum exemplum, idque optime
conservatum, numi GALBAE magnit. I., et quidem eius qui in enume-
ratione nostra p. XI. quintum occupat locum, alius tamen operis.
4—7. Quatuor numos VESPASIANI: a. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG.
COS. III. Cap. Vesp. laureat.)(securita S. AVGVSTI. in imo S. C.
Figura muliebris sellae insidet, cui dextro cubitu nititur; dextra manu
occiput sustinet, sinistra scipionem tenet, ante pedes ara. II. b. IMP.
CAES. VESPASIAN. AVG. COS. III. Cap. Vesp. radiat.)(S. C.
Victoria gradiens, d. scutum. II. c. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG.
P. M. TR. P. P. P. COS. III. Cap. Vesp. laureat.)(Amphitheatrum.
(Hic numus sine dubio manus est recentioris. A spurio illo quem Eckhel.
l. c. p. 340 attulit, eo differt, quod in inscriptione non est COS. VIII.,
ut illic. Abest etiam in nostro S. C., quae nota, ut observat idem
l. c. p. 333, in moneta aenea rarissime omittitur.) I. Hos quatuor
numos igitur locis suis insertos putetis. Contra ex Vespasiani moneta
eximatis eum qui descriptus est p. XIII., in cuius aversa IVDAEA.
CAPTA, eumque inter TITI numos quarto loco reponatis. Nam caput
Titi est, non Vespasiani; agnoscitur etiam in anticae epigraphe prae-
nomen T. post vocem IMP. Ceterum de Titi numis tum quum esset
Cos. VIII. signatis conferendus est Eckhel. l. c. p. 357 seq., qui huius
Imperatoris numos Iudaeae captae mentionem facientes verbo saltem
attigit p. 352. Omnium vero numerum nostrorum partem longe maiorem
genuinam esse mecum recte censebitis; dubiae tamen fidei esse non
paucos etiam eorum, ubi nihil monui, equidem facile concesserim.
Quid? quod in nonnullis iisque laudabili solertia scalptis ipsa exem-
plorum rarior integritas illa movet suspicionem, quae augetur, quando
alia recentioris artificii indicia accedunt. Sed de singulis his, ne extra
certos scriptionis fines egrediamur, coram disserendi, si quem forte
Vestrum iuvat, opportunitas non deerit. Imperatorum aeneos inde a
NERVA numos alio tempore recensebimus. De novarum lectionum
initio novi nihil est, Commilitones, quod praemoneamus. Speramus
autem, imo confidimus, neminem Vestrum tam sibi inimicum fore, ut
quamobrem in almam hanc studiorum sedem delatus est, eius rei im-
memor unquam deprehendatur. P. P. in Vnivers. litt. Dorpatensi,
Cal. Aug. c1010cccxx.

*F. d. IMP. CAES. VESPA-
SIAN. AVG. COS. VIII...
Cap. Vespasiani laure-
atum.)(AEQVITAS.
AVGVSTI. In aera S. C.
Figura muliebris stans
d. bilantem, s. hastam.
II.*

I. LECTIONES THEOLOGORUM.

CHRISTIANUS FRIDERICUS SEGELBACH, D., a Consil. Collegior.,
Historiae ecclesiasticae et litterarum theologicarum P. P. O., Ord.
Theol. h. t. Decanus, 1) Historiam Reformationis quinques
per hebd. excepto Saturni die, hor. III—IV, 2) Geographiam
et Statisticam ecclesiasticam iisdem diebus hor. XII—I,
suum secuturus filium, tradet.

LAURENTIUS EWERS, D., a Consil. Collegior., Theologiae Do-
gmaticae et Moralis P. P. O., Ordinis S. Annae secundae Classis
Eques, 1) Criticam Introductionem in S. Vetus Testa-
mentum dabit, quater, dieb. Lun., Mart., Iov. et Ven. hor.
IX—X; 2) iisdem diebus hor. X—XI. Dogmatices partem
priorem exponet; 3) Christianam de moribus doctrinam
sexies hor. II—III, gratis.

HERMANNUS LEOPOLDUS BOEHLENDORFF, D., a Consil. Col-
legior., Theologiae practicae P. P. O., 1) Encyclopaediam et
Methodologiam theologiam docebit, ter per hebd. horis
proxime definiendis; 2) Praecepta homiletica enarrabit at-
que exemplis illustrabit quater diebus Lun., Mart., Iov. et Ven.
hora XI—XII; 3) Epistolas Pauli Apostoli ad Galatas,
Ephesios, Colossenses et Thessalonicenses datas inter-
pretabitur quater hora IV—V; 4) Exercitationes Auditorum
practicas pluribus per hebd. horis solito more instituet et mo-
derabitur.

RUDOLPHUS HENZI, D., a Consil. Aul., Exegeticae et LL. OO.
P. P. O., 1) Partem priorem interpretationis synopti-
cae trium priorum Evangeliorum tradet, quater per hebd.;
2) Geneseos interpretationem exegeticam, quater; 3)
Arabicae linguae elementa docebit, bis per hebd.

II. LECTIONES IURISCONSULTORUM.

CHRISTOPHORUS CHRISTIANUS DABELOW, D., a Consil.
Aul., Iuris civilis P. P. O., Ord. Iuris Consultorum h. t. Decanus,
1) Institutiones Iuris Romani explicabit et ad sciagraphiam
suam et ad textum Bienerianum, sexies hor. IV—V; 2) Herme-
neuticam Corporis Iuris civilis docebit ad dictata, semel

hor. VI—VII vesp. die Merc.; 3) Processum civilem, iunctum exercitationibus scribendi, ita ut respiciantur ea, quibus differt ius provinciale a iure communi, sexies hor. V—VI ad dictata; 4) Introductionem dabit in statum et ius provinciarum Russicarum quae mari Baltico adiacent, bis per hebd. dieb. Iov. et Ven. hor. VI—VII vesp., ad dictata.

FRIDERICUS LAMPE, a Consil. Aul., Iuris publici et gentium et Politices P. P. O., 1) Historiam et reipublicae et iuris Romanorum ad Dabelovii librum enarrabit sexies hor. IX—X; 2) Ius Curonicum tradet ad dictata, quater hor. III—IV; 3) Encyclopaediam et Methodologiam Iuris, sexies hor. X—XI; 4) Disputationes iuridicas Latine habendas moderabitur die Sat. hor. III—IV.

IOANNES GEORGIUS NEUMANN, a Consil. Collegior., Iuris provincialis Livonici et Iurisprudentiae practicae P. P. O., Tribunalis academici quo appellatione certatur causaeque recognoscuntur, h. t. Praeses, Ordinis S. Annae secundae Classis Eques, 1) Iuris Russici historiam narrabit ad dictata, sexies hor. XI—XII; 2) Ius Russorum privatum tradet, sexies hor. XII—I.

CAROLUS SCHROETER, D., a Consil. Aul., Iuris criminalis, Historiae Iuris et Litteraturae Iuris P. P. O., 1) Ius criminale duce Meistero docebit quater; 2) Processum criminalem duce Meistero bis; 3) Ius Naturae ad dictata, quater.

III. LECTIONES MEDICORUM.

CHRISTIANUS FRIDERICUS DEUTSCH, D., a Consil. Collegior., Artis obstetriciae P. P. O., Ordinis Medicorum h. t. Decanus, 1) offert institutiones practicas in phantasmate ad faciendas explorationes et operationes, hor. VIII—IX, dieb. Mart. et Iov.; 2) continuabit Clinicum obstetricium, hor. IX—X, quandocumque opportunitas dabitur; 3) disseret hor. III—IV quinquies per hebd. de morbis parturientium, puerperarum, lactantium, vetularum et recens natorum. Praeterea ad lectiones privatissimas, ut adhuc, paratum invenient commilitones.

MARTINUS ERNESTUS STYX, D., a Consil. Collegior., Diaetetics, Materiae medicae, Litteraturae medicae et Historiae artis medicae P. P. O., docebit: 1) Materiae medicae partem alteram, sexies per hebd. hor. XII—I; 2) Politiam medicam dieb. Merc. et Saturn. hor. XI—XII. Desiderantibus etiam Historiam artis medicae tradet, horis indicandis.

LUDOVICUS EMILIUS CICHORIUS, D., a Consil. Aul., Anatomiae, Physiologiae et Medicinae forensis P. P. O., 1) Osteologiam et Syndesmologiam quinquies per hebd. docebit hor. IX — X; 2) Anatomiae partem alteram, sexies, hor. III—IV; 3) Physicae Organismi humani cursum alterum, sexies, hor. VI—VII vesp.; 4) Physicae Organismi humani cursum primum, sexies, hor. V—VI vesp.; 5) Medicinam forensem, sexies, hor. II—III. Praeterea 6) Privatissima de pluribus doctrinis Organographiae hominis semestri praeterito inchoata continuabit et ad finem perducet, hor. VII—VIII et VIII—IX matut. Conf. etiam VI. Theatr. anat.

IOANNES CHRISTIANUS MOIER, D., a Consil. Aul., Chirurgiae P. P. O., 1) quotidie habebit Clinicum chirurgicum hor. X—XI; 2) Chirurgiae theoreticae partem secundam tradet diebus Lun., Mart., Iov. et Ven. hor. XI—XII, die Sat. hor. V—VI; 3) Operationes chirurgicas demonstrabit diebus Lun., Mart. et Ven. hor. XII—I.

IOANNES FRIDERICUS ERDMANN, D., a Consil. Collegior., Pathol., Semiot., Therap. et Clinices P. P. O., hora IX—X quotidie exercitationibus clinicis in Nosocomio praeerit; 2) Clinicum ambulatorium horis commodis dieb. Merc. et Sat. diriget; 3) hora IV—V pomeridiana diebus Lun., Mart., Merc. et Ven. partem primam morborum chronicorum explicabit, et 4) exercitationes disputatorias eadem hora diebus Merc. et Sat. lingua Latina continuabit.

* * *

IOANNES FRIDERICUS ESCHSCHOLTZ, D., P. P. E. O. et Prosector Theatri Anatomici, 1) praemissa animalium domesticorum Anatomiae atque Physiologiae epitome, de eorum morbis praecipuis remediisque contra hos adhibendis in rusticorum commodum disferet quater dieb. Lun., Mart., Iov. et Ven. hor. XI—XII; 2) Cadavera secandi artem, quoties postulabitur, monstrabit horis pomeridianis.

IV. LECTIONES PHILOSOPHORUM.

CAROLUS MORGENSTERN, D., a Consil. Collegior., Eloquentiae, LL. Gr. et Lat., Aesthetices et Historiae Art. P. P. O., Ordinis S. Vladimiri Eques, Ord. Philos. I et III Class. h. t. Decanus, 1) Platonis Apologiam Socratis, Charmidem et Hippiam maiorem statarie explicabit, illam ex Wolfii, hos ex Heindorfii editione, ter per hebd., dieb. Mart., Iov. et Ven. hor. IX—X;

2) Horatii Epistolas interpretabitur ter, dieb. Mart., Iov. et Ven. hor. XI—XII, practicas cum utraque lectione exercitationes Auditorum, si velint, coniuncturus; 3) Disputationes de rebus philologicis et antiquariis Latino sermone habendas diriget die Merc. hor. IX—X matut.; 4) De Romanorum et Iure privato et Vita privata disseret bis dieb. Mart. et Iov. hor. VI—VII vesp.; 5) Thucydidis Orationibus politicis Latino sermone interpretandis exercebit Seminarii paedagogici Sodalibus die Merc. hor. IV—V, ad quas exercitationes aliis etiam Studiosis litt. patet aditus. Vid. etiam VI. Bibl. acad. et Museum art.

FRID. EBERH. RAMBACH, D., a Consil. Collegior., Disciplinarum quae pertinent ad rem quam dicunt cameralem, ad reditus et ad rem mercatoriam P. P. O., Ord. Philos. II. et IV. Class. h. t. Decanus,

1) Encyclopaediae doctrinarum quas dicunt camerales alteram partem quinque per hebd. horis tradet hor. VIII—IX mat.; 2) Scientiae de reditu publico primam partem quaternis hor. IX—X; idem 3) Georgicorum Virgilii interpretationem cum Sodalibus Instituti medici continuabit, bis per hebd. horis adhuc indicandis.

GEORGIUS FRIDERICUS PARROT, D., a Consil. Status, Physices et theoreticae et applicatae P. P. O., Ordinis S. Vladimiri Eques, 1) Physices theoreticae partem priorem tradet sexies per hebd. hor. XI—XII; 2) de Physica telluris disseret quinque per hebd. hor. IV—V.

GOTTLOB BENIAMIN IÄSCHE, D., a Consil. Collegior., Philosophiae et theoreticae et practicae P. P. O., 1) Psychologiam et Logicam docebit, illam ad Iacobi elementa Psychologiae, hanc ad Kantii libellum, sexies per hebd. hor. X—XI; 2) Philosophiam moralem ad epitomen suam, quater, dieb. Lun., Mart., Iov. et Ven. hor. XI—XII; 3) Historiam Philosophiae et medii aevi et temporum recentiorum ac novissimorum quater, dieb. Lun., Mart., Iov. et Ven. hor. V—VI; 4) Encyclopaediam disciplinarum philosophicarum bis, dieb. Merc. et Sat. hor. V—VI vesp.; 5) Disputationes philosophicas Latine habendas cum exercitationibus didacticis alternis vicibus instituet semel per hebd., ad quas exercitatt. aliis etiam Studiosis patet aditus.

IOANNES GUILIELMUS KRAUSE, D., a Consil. Collegior., Oeconomiae, Technologiae et Architecturae civilis P. P. O., Ordinis S. Vladimiri Eques, morbo impeditus per hoc semestre tempus lectionibus vacare non poterit.

PHILIPPUS GUSTAVUS EWERS, D., Universitatis h. t. Rector magnif., Historiae, Statist. et Geogr. quum Imperii Russici, tum provinciarum Livoniae, Esthoniae, Curoniae et Fenniae P. P. O., Ord. S. Annae secundae Classis Eques, 1) Antiquorum populorum Historiam enarrabit quinquies hor. XII—I; 2) Reipublicae et formam et administrationem, quae obtinet in praecipuis Europae imperiis, exponet horis indicandis.

CAROLUS FRIDERICUS LEDEBOUR, D., a Consil. Aul., quum Historiae naturalis universae, tum Botanices P. P. O., 1) Botanices partem alteram docebit quinquies per hebd. hor. X—XI; 2) Zoologiam, ter per hebd. hor. XII—I.

FERDINANDUS GIESE, D., a Consil. Collegior., Chemiae theoreticae et applicatae P. P. O., Ordinis S. Annae secundae Classis Eques, 1) Phyto- et Zoochemiam tradet, tomum quintum Chemiae generalis a se (Rossico sermone) editae secuturus, ter per hebd. hor. III—IV; 2) Pharmaceutices partem chemicam duce opere suo pharmaceutico (Lehrbuch der Pharmazie) quater.

ALEXANDER FEODORI F. WOYEIKOFF, D., a Consil. Aul., Linguae et Litteraturae Rossicae P. P. O., 1) disferet quum de Carmine epico, tum de Aeneide et Henriade, deinde Rossiados crisin dabit, et Cherascovium cum Virgilio et Voltario comparabit, quater per hebd. hor. VI—VII; 2) commentationis de Poesi Rossica antiquiore, media et recentiore partem alteram tradet, quater hor. IV—V; 3) Statisticam Imperii Rossici exponet bis hor. VI—VII vesp.

FRID. GUILIELMUS CAROLUS DE ADERKAS, a Consil. Aul., Disciplinarum militarium P. P. O., 1) Tacticam elementarem copiarum pedestrium et Technicam atque Tacticam elementarem copiarum equestrium utroque semestri tradendas absolvet ter per hebd.; 2) doctrinam de conformatione militari (Militär-Organisations-Lehre) et elementa doctrinae de solo in re militari respiciendo (Terrainlehre) utroque semestri tradendas absolvet ter per hebd.; 3) rei militaris delineandae ducem se praebebit ter; 4) Progymnasmata campestria operae militaris praestandae instituet quater per hebd.

GUILIELMUS STRUVE, D., a Cons. Aul., Astronomiae P. P. O., lectiones suas in valvis publicis indicabit, quum primum redierit ex itinere facto cum venia ab Augustiss. Imperatore impetrata.

MAURITIUS DE ENGELHARDT, D., a Consil. Aul., quum Historiae naturalis universae, tum Mineralogiae P. P. O., 1) Mineralogiam tradet sexies per hebd. hor. X—XI; 2) Geognosiam bis, hor. III—IV.

CAR. HENRIC. KUPFFER, D., 1) Arithmeticam docebit quater dieb. Merc. et Sat. hor. VIII—IX mat. IV—V pom.; 2) Geometriam sexies, hor. VII—VIII matut.; 3) Algebram quinquies hor. III—IV, excepto die Mercurii.

V. LINGUAE HODIERNAE ET ARTES.

- I. Linguas recentiores docebunt Lectores publice constituti, et quidem ex legibus academicis binis quisque horis gratis: 1) Rossicam THOERNER, Classis X., dieb. Lun. et Iov., hor. IV—V. 2) Letticam ROSENBERGER, Gymnasii Dorpat. Director. 3) Esthonicam MORITZ, Assessor Consistor. et Pastor. 4) Francogallicam VALLET DES BARRÉS, D., Consiliarii titulo ornatus. 4) Anglicam THOERNER, dieb. Merc. et Sat. hor. III—IV. 6) Germanicam WEYRAUCH, Collegior. Secretarius, 7) Italicam RAUPACH, Classis X., qui, praeter elementa Grammatices Italicae gratis bis docenda, Tassonem bis explicabit, et simul scriptorum Italiae classicorum notitiam dabit, dieb. Mart. et Ven. hor. VI—VII vesp.
- II. Artium itidem magistri publici binis quisque horis gratis operam suam Studiosis dicabunt. Nam in Hippodromo academico modos equitandi ostendet DAUB, Artis equestris magister, dieb. Mart. et Merc. hor. VII—VIII. 2) Arma tractandi regulas dabit DUFOUR. 3) Saltandi artem monstrabit PEULABON. 4) Artem ichnographicam et chalcographicam docebit CAROLUS SENFF, Professor extraord.; publice, die Ven. hor. II—IV, privatim dieb. Mart. et Iov. hor. II—IV. 5) Artem musicam THOMSON, bis, horis indicandis. 6) Operis mechanici magistrum se offert POLITOUR.

VI. INSTITUTA PUBLICA.

In Instituto universali paedagogico scholas methodologicas et practicas habebunt Directores MORGENSTERN et IÄSCHE, quorum prior interpretandis Orationibus Thucydideis Sodales Seminarium exercebit; alter exercitationes didacticas continuabit.

In Nosocomio clinico, ut supra iam indicatum est, FR. ERDMANN exercitationes clinicas diriget sexies; in Instituto obstetricio C. F. DEUTSCH; in Instituto chirurgico I. C. MOIER.

Theatrum anatomicum desiderantibus monstrabit L. E. CICHORIUS, collectionem pathologicam FR. ERDMANN.

Bibliothecam academicam aperiet dieb. Merc. et Sat. h. II—IV. CAR. MORGENSTERN, Bibliothecae acad. Director. Professoribus patet quotidie horis IX—XII et II—IV. Si quis peregrinator Bibliothecam visere cupiet, Directorem adibit.

Museum Artis qui cupiunt videre, Directori C. MORGENSTERN indicabunt; qui Historiae Naturalis Thesaurum, Directori C. F. LEDEBOUR.

Apparatum Physices desiderantibus monstrabit Director G. F. PARROT, apparatus Chemiae Director F. GIESE; Collectionem formarum technologicarum I. G. KRAUSE; Speculam astronomicam et Collectionem rerum Mathematicam applicatam spectantium G. STRUVE; Collectionem formarum militarium F. G. C. DE ADERCAS; Hortum botanicum Director C. F. LEDEBOUR.